

VIRO ERVDITISSIMO  
HENRICO WEYTINGH,  
PINDARVM THEBANVM

IN LUCEM EMITTENTI!

Ille ego, qui quondam, cum nos Groninga teneret,  
Haerebam lateri iunctus, amice, tuo,  
Qui tecum volvens sublimia scripta Pelasgum,  
Romulidumque, quibus fama superstes erit,  
Qui tecum recolens monumenta perennia vatum,  
Secula quibus merito posteriora tument,  
Laeta inventutis ducebam tempora vernae,  
Inter et Aonidum classica miles eram,  
Gratulor edenti, quisquis fuit ille, Poëtae  
Scripta tibi, ingenio rite probata tuo.  
Sic decet Aonios tibi demeruisse Batavos!  
Tales primitias mesfis opima manet.  
Quam tibi de teneris monstravit Musa RVARDI,  
Calcatam ingenuis perge tenere viam.

Per-

---

Perge sagax Latii doctas inquirere gazas,  
Hellados et; Sophies spargere et inde iubar.  
Belgica magnorum genitrix foecunda virorum,  
Heinliadas iactans Valcknariosque suos,  
Belgica, promeritis tribuens sua praemia pulcris,  
Semper et in cultos officiosa Viros,  
Si valet augurium, meritos decernet honores,  
Et dabit ingenio digna theatra tuo.

L. FOCKENS,

*in Twyzela Frisiorum  
Religionis Antistes.*